

Sensus autem est de lepore, qui canem effugiens venaticum, & in mare pro lapsus, à cane marino discerptus est. Ad hoc sic allusit Aufonius Gallus poëta,

*Trinacrii quondam currentem in littoris ora:*

*Ante canes leporem, cœruleus rapuit.*

*At lepus: In me omnis terra pelagiq, ruina est.*

*Forſitan & cœli, ſi canis aſtra tenet.*

Aſt videamus etiam aliud Epigramma in laudem Germanici, vt hoc Numiſma tuum etiam locupletiore lectione exornemus, testimoniôque Græcorum poëtarum gloriam illuſtriſſimi viri augeamus.

*Ἔἰς Γερμανικὸν Βάσιλ.*

*Οὐρεα πυρηνᾶια, καὶ αἱ βαθυάγκυες ἄλπερ,*

*αἰ ρήνῃσ' προχοᾶσ' ἐγγυὺς ἀποβλέπετε,*

*μάρτυρες ἀντίων, γερμανικὸς δ' ἀνέτηλγ,*

*ἄσφραπῶν κελτοῖς πικλὺν ἕννάλιο,*

*οἶδ' ἄρα δὲσπύθισαυ ἀολλέες. εἶπε δ' ἐννῶ*

*ἄρει, τοιαύτως χερσὶν ὄφραλόμεθα.*

Hoc autem epigramma in Germanicum Drusi filium est scriptum, cuius sensus talis est (vt Opſopoeus vertit) allôquitur poëta montes Pyrenæos, & Alpes, tanquàm testēs virtutis & fortitudinis eius, per montes Pyrenæos, Galliam intelligit: per Alpes Germaniam innuit. Et est hoc carmen omni ex parte elegantissimum. Et hæc iam satis & supersint ad numiſma tuum (mi

Aimili Putee) explicandum, à me dicta. Quæ tu, vt cūque

sunt, boni consules, laborémque nostrum, propensam-

que meam in te voluntatem amabis. Vale pri-

die Calend. Februar. M. D. LVI. Ti-

cini, & Iouio tuo me

commenda.

F 3 PAVLI